



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

VI. In eius locum novus Archiepiscopus è Bavarorum Principum familia
surrogatur Ernestus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

vti. A quibusdam proditum inuenio, quum aliquando Monachus ex ea quæ Observantium dicitur, Franciscanorum familia, ad portam aulæ Episcopalis Bonneensis venisset, eleemosynæ petendæ causa, Gebhardi iussu in cœnaculum ubi cum sua nuptia erat, introductum, ac deposito cucullo, cum gynæcei puerilis saltare iussum: sicaliquamdiu ludiobrio habitum atque irrisum, sine eleemosyna abactum, addita intermissione ne vñquam vel ipse vel quisquam alius eius ordinis rediret, nisi probe depechi vellet. Sic reformatus ille Episcopus cum femina sua præsenti voluptati velificabatur, futuri securus.

V. Interea Gregorius XIII. Pontifex Maximus, è supra illa specula in quam diuina prouidentia collocatus erat, tam perniciosos Episcopos huius conatus animaduertens, pro ea qua totam Christianam rem publicam complectebatur vigiliantia ac sollicitudine, litteris hominem admonere, & modis omnibus in viam reuocare, tentabat. Sed frustra id fuit: quod apud hominem amore irretitum plus Agnetis blanditur quam Pontifica- lia iussa possent. Hic vos, ô Mundis reformatores (si dijs placet) omnem reformationis vestræ historiam euoluite, vitamque primorum vestræ religionis auctorum oculos ponite. Disperecam, nisi prima fundamenta à seminarum fere amori- bus intacta constabit, iuxta Apocalypsicarum Locu- starum figuram, quarum facies erant vti facies fæ- minarum, & ora, velutileonum, in maledicendo & proscindendo papam & probos. Illorum ex- plo ergo Gebhardus Agnetem quoque vxorem duxit, Duci Bipontini concionatore incestas nu- ptias copulante: ad quas ac simul ad Catholicae religionis funus & exequias, non cognati tantum Agnetis, verum etiam alijs Principes ac proceres Lutherani fuerunt iuitati. Existimabat quippe Gebhardus, lectum suum nuptialem sepulcrum fore Ecclesiaz, & Musica instrumenta ac nuptialia organa atque epiphalamia, mortua religionis ve- lut nænam fore funebrem. Quinetiam tanta spe facinus hoc aggressuera, ut iurare non dubitaret, aut moritum se, aut Agnetem suam Archiepiscopissam Colonensem facturum. Quod ut me- lius perficeret, Bonnam præcipuum Archiepisco- pus ad Rheni ripam situm oppidum, quatuor Colonia distans miliaribus, vna cum alijs non nullis munitis locis, in potestatem suam redegit, & direpto per nefarium sacrilegium Ecclesiaz the- sauro, militem conduxit, quinon perdidesset

tantum Colonensem, verum etiam vicinas regio- nes grauissima damna dedit.

Noui huius mariti causæ fauebant Comes Pâ- latinus, Dux Saxoniz, Marchio Brandenburgicus, Electores, itemque Dux Bipontinus & alij Luthe- ranae religioni addicti, eius contra Imperij leges & decretum Augustanum suscepta defensione. Sic enim habent verba decreti: *Si quis Archiepisco- pus, Episcopus, Pralatus, aut quisquam alius Ecclesiasti- ci ordinis, veterem religionem destruerit, is Episcopatu, Praepostura, aut quibuscumque alijs beneficijs Ecclesiasti- ficiis & prouentibus quos habetens perceperit, renunciet: ac tum Capitulo, vel ijs ad quos id pertinet, alium eligen- di & in eius locum substituendi iussit. Cui vt satisfie- ret, Capitulum Colonense, Ducibusfere, Comi- tibus, Baronibus & magna auctoritate prædictis viris constans, quum Pontificem tum Imperato- rem aliosque Catholicos Principes de Archiepil- copisi conatus certiores fecerit, rogans vti sua interposita auctoritate, tam pernicioſis conatus obuiam iretur, & tantis designatis flagitijs debita poena infligeretur. Et quidem tam Capitulo quam Senatui Colonensi Ferdinandus Dux Bavariz, Dux item Cliviz & alij Catholici in Germania proceres auxilia promiserunt: Comes vero Arem- bergius à Parmensi Princeps, supremo tum Hispani- ci in Belgio exercitus duce missus, copias suas cum Capituli copijs coniuxit, dum interim spi- ritualia arma à Pontifice expediuntur, quibus in- cestuoso huic non Episcopatus tantum ablatus, verum etiam sacris atque oranti Christianorum communione fuit interdictum, Capituloque mä- datum, ut alium in eius locum eligeret.*

VI. Huic Pontificis mandato obtemperantes Capitulares, Ernestum Bavariz Ducis fratrem Gebhardo surrogarunt: qui interea dum ille cum noua sua nuptia se oblectat, per omnes Ecclesias passim preces & publicas processiones fieri iubet; deinde diuinæ benignitati & iustæ suæ causæ cō- fisis, quantum potest armorum apparatum con- quirit. Contra Truchsessius quoque Protestantium opem implorat, & magnam ditionis partem Ioanni Casimiro Comiti Palatino oppignorat. Nec mors. Contracto utrumque exercitu, mis- rum in modum tota vastatur regio, committuntur prælia & conflictus; quibus plerisque vixit Io- annes Casimirus, domum tandem magno cum damno rediit. Calvinistæ quidem in Gallia quum Truchsessianis opem ferre molientur, à Lotha- ringiz Duce cæsi ac dissipati sunt. Sic ergo Erne- stus

stus Episcopus oppidis fere omnibus ac locis munitionis intra breve tempus potitus est, bonam ei ac Capitulo operam aauante Friderico Duce Saxone Lauenburgico diacessit in pristinum statum restituuit. Ad hunc Hulsem arem obsidente, praesidiarij loci equum claudicantem Sanctorum statuis oneracum miserant, ad quos ille eundem lignis patibuli in formam constructis onustum, remisit. Bonnam adhuc tenebant Truchsessiani, Carolo apostatae fratre praesidiij praefecto; sed & ipsa tandem, nocto Brusselichen, & Adolpho Nue-nario, qui cum sex hominum millibus alimoniam inferte conati fuerant, profligatis, obfessa & ad deditionem coacta fuit, praedicto Carolo in Bauaria Duci sive potestatem a praesidiariis tradito. Bonna reddita, cetera quoque arcis & oppida partim villosoe dediderunt, partim vi expugnata sunt: sic ut misera hic maritus, non fortunae tantum verum etiam Prorestaatibus, a quibus in tam sancta (sic enim aiebat) causa tam turpiter desertus esset, conuicium faciens, in Hollandiam se recipere, & apud Arausiemsem Principem perfugium quærere coactus fuerit, non malto post Argentoratum inde translato domicilio, viginti quatuor eius loci

Capitularium collegio querundam opera adscriptus, ubi reliquum vitæ cum Agnete sua in summa paupertate exegit. Quum postea Lutheranis quidam exprobarent, quod Truchsessum in tam bona & sancta causa deseruerent, cuius accessione ac defensione communis Protestantium causa, præterit in suffragijs de Imperatore eligendo, multum adiuvari potuisset, responsum fuit a Lutheranis, certis indicijs hibi competitum, Truchsessum ad Calvinismum magis quam ad Lutheranismum propendisse; eoque Joanni Casimiro Palatini Electoris fratri, qui solus cum in Germania Calvinismum fouebat, & ad bellum hoc suis sumtibus ultravictoriati armorum millia coegerat, patrocinium relictum. Habes hic, Lector, paucis verbis totam belli Coloniensis comprehensam historiam ab alijs (e) prolixo descriptam: e qua in primis illud patet quam infirma sit ac caduca heresis, adeo ut Catholicis, modo suis ut viribus velint, Babel hanc funditus destruere atque extirpare facile sit futurum.

c Michaelae Iffelt be bello Coloniensi libris 4.

Ad Lectorem admonitio.

Dolendum sane est, Auctorem neque extremam huic operi manum imponere, nec felicioris initium saeculi videre potuisse: quamvis eius filius, eiusdem studij ac voluntatis heres, capita quedam V. huius libri que decrant, ac sextum integrum suppleuerit. Ut murum non sit stili ac iudicii acrimonia quedam a prioribus discrepare. Eoque illud ubi Auctor de sanctissimo Patre Clemente VIII. Pontifice loquens ait se eundem vidisse lectioni Passionis D. N. Iesu Christi illachrymantem, non de patre huius operis auctore, sed de filia intelligendum est, qui anno M D C. patris librum de Antichristo eidem Pontifice Roma exhibuit. Interim vero dum quod deest ab eodem aut alio quodam suppletur, hoc quodiam damus, vtere, fruere, ac vale.

K

FLORI-